Feriae Iudiciales sunt celebratae feria secunda post festum Sancti Stanislai Confessoris proxima Anno 1610

155

Rudniczki contra

Nobiles Thomas Borkowsky et Anna Sobieczurska coniuges actores nobilem Stanislaum Rudniczky dictum Benediktowicz in Swidno sortis ipsius haeredem vel quovis modo possessorem citatum ideo quia ipse postposito legibus divinis timore et dilectione proximi non formidans poenas legum et statutorum regni contra invasores domuum violatores quam paribus communibus sancitas nescitur qua temeritate et animi sui nequitia eductus ausus est tempore nuper praeterito videlicet die decima octava Marcii anni praesentis in absentia praedicti Borkowski in domum quam hic Lublini in platea Beatae Mariae Virginis extra muros Lublinenses sitam praedicti actores conduxerunt supervenire cum magno impetu invadere ibique bumbardas explodere volens consorti praedicti Borkowskij vim inferre quae nisi sibi fuga consuluisset vita ipsam per explosionem bumbardae privasset cuius explosionis bumbardae fucus (?) signa sunt in foribus tandem post haec famulam praedictae Annae Borkowska videlicet Zophiam cum iam praedicta Borkowska fugisset sceleribus verberibus excepit et vim ipsi intulit vulnus generans scitum inferius humeri manus dexterae inflixit et manum ipsius acumine maisere alias szty chem kordowym confodit seras in tribus cameris concussit ibique res multas in protestatione specificatas

de quibus salua et seorsiua actio in foro competen cum ipso et cum ipsius complicibus reseruatur. Vi violen circa politam inuasionem domus recepit receptasque probsu suo conuertit prout protestatio Castren Lublinen contra ipsum et nobilem Gasparum Piotrowskij facta cum qua salua actio reseruatur latius obloquitur ad videndum ipsum et audiendum poenas legum contra inuasores domuum sancitas nec actio et bonis ac persona eius extendi per iudicium praesentis Castren Lublinen decerni actione eaque latius tenen per ministerialem Generalem Regni nobilem Joannem Zaleski iuridice ad iudicium praesentis Castren Lublinen quatuor diebus vltra iuris communis formam ad instantiam suprascriptorum actorum clamatum et non comparen in termino primo in poena contumaciae post sublatum priorem processum admitten iudicio eius iuste condemnauerunt

Inter Jedlinski et Koniczky

lecta

Motio

Proposuit iudicialiter coram iudicio praesenti Capitaneali Castren Lublinen nobilis Albertus Jedlinski actor contra nobilem Gasparum Koniczki citatum citationis capitanealis Castren Lublinen tenoris huiusmodi

Joannes Firley de Dambrowicza Lublinen etc. Capitaneus Tibi nobili Gasparo Koniczki in bonis Garbow mo